



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||

Ignacio <de Loyola>

Mogvntiae, 1600

VD16 I 56

Principium, seu fundamentum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45165

PRINCIPIVM SIVE FVNDAMENTVM.

Creatus est homo ad hunc finem, vt Dominum DEVM suum laudet, ac reueretur, eiq; seruiens tandem saluus fiat.

Reliqua verò supra terram sita, creata sunt hominis ipsius causa, vt eum ad finem creationis suæ prosequendum iuuēt: vnde sequitur vtendum illis, vel abstinendum eatenus esse, quatenus ad prosecutionem finis vel conferunt, vel obsunt.

Quapropter debemus absq; differentia nos habere circa res creatas omnes (* prout libertati arbitrij nostri subiectæ sunt, & non prohibitæ) Ita, vt (quod in nobis est) non quæramus sanitatem magis, quàm ægritudinem: neq; diuitias paupertati; honorem cōtemptui: vitã longam breui, præferamus.* Sed consentaneum est, ex omnibus ea demum, quæ ad finem ducunt, eligere ac desiderare.

E X A-